

De Accidia

XVI.

no d  
In fare immo  
ex m a bi pa

cogregabis carbones ignitos sup caput eius. Beneficia que inimico ex-  
hibentur sunt velut prune accendentes inimicos eorum ad amorem. Unde ex-  
emplum legitur de hoc in vi. pa. quod quidam fener habuit insidiantem sibi. et  
ille preparavit cibaria et portavit ad eum. et sic propter beneficia ab eo ex-  
hibita reconciliatus est ei.

De accidia

Handwritten red scribbles and a large red circle.

**A**ccidia sicut Hugo. li. ij. d. sacramentis. sic diffinitur. **A**ccidia  
est tedium et amaritudo animi inordinata qua iocunditas spir-  
itualis extinguitur et quodam desperacionis principio mens in  
semetipsum subvertitur. Sed Bernardus dicit quod Accidia est quidam  
animi torpor quo quis negligit aliqua bona inchoare. aut fastidit proce-  
dere. Sciendum quod accidia est peccatum grave. Primo quod multum displicet deo  
quod homo est piger et tardus ad bonum. sicut patet ex multis locis sacre  
scripture. Et primo ex illo verbo. Apoca. ij. Vtinam frigidus esses aut  
calidus sed quod tepidus es et non calidus neque frigidus incipiam te euome-  
re ex ore meo. Calidus est qui fervens est ad bonum. frigidus est qui sum-  
pliciter desistit a bono. Tepidus vero qui medio modo se habet. Et dicit  
Bla. inter. quod maior spes est de frigidis quam de tepidis. Cuius rei hec causa  
est. quod tepidi quandam securitatem accipiunt de hoc quod aliquid boni agunt  
et ideo se non corrigunt. Sed frigidi. id est peccatores se esse malos cognoscunt. id  
est cunctis convertuntur. Tepidus de ore dei enomitur. quoniam in deteriora precipitatur.  
Vel quanto impenitentes moritur. et a consortio sanctorum remouebitur. quod etiam  
accidia deo multum displiceat potest iterum ostendi per hoc quod dicitur Lu. xvi. vbi  
sic habetur. Dico vobis quod ita gravior est anima super penam. quam super peccatum. iustus  
qui non inquit. Ibi dominus ferventem peccatorem post conversionem. reprobam. sic  
durum in populo plus diligit unum militem qui post fugam reuersus hostem  
fortiter premit quam eum qui nunquam fugit nec unquam fortiter egit. **Pl.** amat  
ager qui post spinas et tribulos fructus verberes reddit quam qui spinas et  
tribulos nunquam habuit. et semper sterilis extitit. Item potest adduci quod legitur  
Lu. xij. de ficulnea fructum non faciente. vbi dicitur. Succidite illam. ut quod  
terram occupat. Et quod dicitur Math. xxv. Seruum inutilem eijcite in tenebras  
exteriores. Et quibus partem quantum displicat deo accidia. Secundo accidia  
multum displicet deo. quod accidiosus magis est deo inobediens quam creatu-  
re irrationales. cum tamen plus teneatur deo propter plura beneficia que acce-  
pit a deo quam alij creaturis. Exemplum de sole. Posuit enim deus preceptum soli  
ut singulis diebus veniat ab oriente in occidentem. et singulis noctibus  
reuertatur in orientem. non pigritat nec de die nec de nocte. nec estate nec  
hieme implere illud preceptum. Et quantumcumque laborat in una die tamen sum-  
mo mane oritur sequenti die. et tamen non expectat talem remunerationem labo-  
ris sui. vel talem penam negligentie sue qualem homo. Ad hoc videtur ha-